



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Calceis homines non diu caruerunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

qui summum scelus putassent aliquem in publico nudum conspici:

*Flagitii enim principium est, nudare* Cic. Tusc. Quæst. lib. 4.  
*inter cives corpora, ut verè Cicero*

dixit, minime credebant turpe, si quis incederet pedibus nudis. Ut licet Adamus folia consuerit, atque ipsi Deus tunicas fecerit pelliceas, confici non possit, aut Adamum calceos consarcinasse, aut Deum ipsi de calceis prospexisse, cum longe diversa sit utriusque ratio, ac non tam necessitas, quam ipsa honestas hominem certis quibusdam vestimentis voluerit obtegi.

IV. Licet autem obscura non tantum, sed etiam incognita sit calceorum origo, priscos tamen mortales non diu caruisse quadam pedum tutela, certissimum videtur. Etenim necessitas, ut pedum plantas, molles illas atque teneras, defenderent, id facile effecit, ut aliquod invenirent calceorum genus. Sane antiquissimum fuisse calceamentorum usum, & jam vulgarem Abrahami ævo, ostendit ipsius ad regem Sodomæorum responsum, se ex omnibus, quæ ipsius erant, non accepturum, à filo

8 DE CALCEIS HEBRÆOR.

Gen. 14.  
vs 13.

usque ad corrigiam calceamenti. *πα-  
ρρημιώδης* enim hæc loquendi ratio,  
qua pro re vili ac fere nihili calcea-  
menti corrigiam usurpat, nata non  
fuiſſet, ſi non vulgaris ac diu co-  
gnitus fuiſſet calceorum uſus. Quo  
quidem dicto nullum vetuſtius, de  
calceorum inter antiquos uſu, mo-  
numentum reperitur.

Xenoph. de  
Polit. La-  
ced. Plut.  
in vita Lyc.  
Ælianus  
Var. Hiſt.  
lib. 7. c. 13.

V. Tam vetuſtus quamvis fuerit  
calceorum uſus, plurimos tamen vi-  
dere eſt olim nudipedes inceſſiſſe.  
Præſcis enim temporibus, non ſem-  
per veteres, uti nos hodie, calceati  
fuerunt, ſed magnus fuit *τῆς ἀνυπο-  
δουσίας* uſus. Nudis pedibus incede-  
bant non barbaræ modo gentes,  
verum etiam populi, qui nihil,  
niſi quod honeſtum & decorum  
eſſet, expetebant, ac inter ipſos  
clariffimi quique. Spartanorum  
juvenes ex lege Lycurgi nudis pedi-  
bus inceſſiſſe, ex Xenophonte atque  
Plutarcho conſtat. Quo facit Age-  
filai memorandum exemplum,  
quod memoriæ prodidit Ælianus,  
qui jam ſenex ſine calceis in publi-  
cum prodibat, ut ex eo diſcerent  
juvenes illi legi parere. Apud Athe-  
nienſes, qui eſſent paulo in ratione  
victus